UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. De Potestate admittendi Socios, Collegia &c & administrandi Bona Temporalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68440

Visual Library

Societatis Socios ubilibet commorantes, etiam exemptos, cum primùm juxta Conſtitutiones Societatis in ejus Præpoſitum electus fuerit, habeat & exerceat. *g*

g Paul. III. p. 37.

Relatè tamen ad Inſtitutum, & Chriſtiana manſuetudine exercenda.

3. Jubeat autem ea, quæ ad conſtructionem propoſiti ſibi à Deo, & Societate finis cognoverit eſſe opportuna: & in Prælatione ſua benignitatis, ac manſuetudinis, caritatiſque CHRISTI, Petri, Paulique formulæ, ſemper ſit memor: & tam ipſe quàm ejus Conſultores, ad normam hanc, aſſiduè ſpectent. *h*

h Paul. III. p. 12. & Jul. III. p. 64.

SECTIO III.

De Poteſtate admittendi Socios, Collegia, &c. & adminiſtrandi Bona temporalia.

Poteſt admittere ad Novitiatum, & Gradus.

1. EX tam ampla facultate deſcendendo ad particularem, 1. Generalis poteſt per ſe, & per alios admittere, ſive ad probationem, ſive ad Gradum Scholaſtici approbati, aut Coadjutoris formati. ſive ad Profeſſionem, quos admittendos judicaverit. Poterit etiam eoſdem dimittere. *i* Quid autem in admiſſione ad ſingulos gradus, aut dimiſſione ſervandum ſit, vide ſupra.

i P. 9. c. 3. §. 1. & Greg. XIV. p. 281.

2. Ad

2. Ad Eundem ſpectat Provinciarum inſtitutio, re tamen diligenter conſiderata, & cum Aſsiſtentibus communicata. *l* Ejuſdem eſt Domos, Collegia, & Univerſitates Societati oblatas accipere; & in Fundatores, quos duxerit admittendos, admittere. Nequit autem diſſolvere Domos, vel Collegia jam erecta, ſine Generali Congregatione. *m*

Quatenus poſſit Provincias inſtituere, Domos, & Collegia admittere, ſeu diſſolvere.

l C. 1. D. 108. & C. 1. D. 36. & C. 4. D. 6.
m P. 8. c. 2. §. 2. & P. 9. c. 3 §. 5. & 17. 18. & P. 4 c. 2. §. 3. & Jul. III. p. 62.

* 3. Quod ſi neceſſitas planè cogat, ut Generalis Congregationis tempus anteververtatur; diſſolutio pendeat à majori ſuffragiorum parte, quæ conferent Generalis, Provinciales intra Europam, & is etiam extra illam, in cujus Provincia reſidet Domus, aut Collegium, quæ in deliberationem veniunt; præterea Aſsiſtentes, Procurator Generalis, Secretarius, & duo antiquiſſimi Profeſſorum cujuſque Provinciæ intra Europam. *n*

* *Quomodo ſupplendus defectus Congregationis Generalis in diſſolvendis Domibus.*

n P. 4. c. 2. A. & P. 8 c. 3. §. 1. & Jul. III. p. 62. & C. 4. D. 23. & 27.

† 4. Inſuper, citra prædictam diſſolutionem, penes Præpoſitum Generalem eſt facultas agendi quoſvis contractus emptionum, aut venditionum quorumlibet Bonorum temporalium, mobilium, & immobilium: neque indiget ad eorum validitatem Socios collegialiter advocare. Ejuſdemque eſt adminiſtrare Collegiorum Bona; & ſi quid relictum fuerit omninò liberum

†*Facultas Generalis circa temporalium Bonorum adminiſtrationem.*

rum

o P.4 c.2.C.& P.9 c.3.§.5.6. & C.1.D.77. & 100.& 144. & 159.& Pius V.p 107.& P. 3.c.1.§.9.& C. 2.D.15.& 23. & ſeq & C.3. D.16.& ult.& C.4.D.ult.& C.6.D.8.

p Ex. c.1.§.4. & P 4.c.2 §.5 & A. & F. & c.10.§.1.& P. 6.c.2.§.3.& P. 9.c 3.§.18.& c.4.§.7.& D. & P.10.§.4.& Paul.III.p.14. & Jul.III.pag 66. & Greg. XIII. p. 168. & 169.

Eligit Superiores, & Officiales : excipiuntur ipſius Aſſiſtentos, & Admonitor.

rum diſpoſitioni Societatis, idem Generalis diſponere poterit vendendo, aut huic, vel illi loco applicando, ſervatis tamen Decretis, quæ circa extractionem Bonorum extra Provinciam Societas condidit, & relata ſunt Par. 1. Cap.6.Sect.6. o Non poteſt autem Bona Collegiorum, vel in ſuum, vel Conſanguineorum ſuorum, vel Externorum quorumcumque, vel Profeſſæ Societatis uſum convertere; cui tamen poteſt ex iiſdem convenientem eleëmoſynam dilargiri. p

SECTIO IV.

De Facultate circa Superiores, Miſſiones, Conſtitutiones, & Privilegia.

1. AD eundem Generalem ſpectat conſtituere, atque amovere Rectores Collegiorum, ac Domorum Probationis, Præpoſitos Domorum Profeſſarum, ac Provinciales, Procuratorem etiam Generalem, & Secretarium Societatis, ac quoſvis demum Officiales (exceptis Aſſiſtentibus, & Admonitore) eamque illis facultatem communicare, quam judicaverit expedire; eandemque reſtringere, ac revocare. At durante Congregatione Generali, Su-